



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputationes|| ROBERTI BELLAR-||MINI E SOCIETATE  
IESV,|| DE CONTROVERSIIS CHRISTIANAE|| FIDEI,  
ADVERSVS HVIVS TEM-||poris Hæreticos,||**

Tribus Tomis comprehensæ.||

DE MEMBRIS ECCLE-||SIAE MILITANTIS,|| TRIBVS LIBRIS|| EXPLICATA.||

**Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger>**

**Ingolstadii, [1599]**

**VD16 B 1607**

XXXVI. Licere filiis ingredi Religionem parentibus inuitis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53880](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53880)

norum numerum debere poni pro LXXII. Dico SECVNDO, loqui Concilium non de omnibus virginibus, sed de illis solùm quæ antequam profiterentur, viros petierunt, vt ipsa verba Concilij indicant. illæ enim diutius quàm ceteræ probandæ videntur.

Ad Gregorium dico, eum loqui de sola Abbatissa. Sic enim ait: *Iuenculas Abbatissas fieri Vehementissimè prohibemus. nullam igitur fraternitas tua, nisi sexagenariam Virginem, cuius ætas hoc, atq; mores exegerint, velari permittat.*

CAPVT XXXVI.

*Licere filiis ingredi Religionem parentibus inuitis.*

**D**E SECVNDO, an videlicet filij inuitis parentibus fieri possint religiosi. Lutherus in libro de votis monasticis dicit, non posse filios, quamuis maximæ ætatis sint, ingredi religionem, sine consensu parentum, si adhuc supersint. idem docent Magdeburgenses Cent. 4. cap. 10. colum. 1304. & Cent. 6. capit. 6. col. 354. & Martyr in libro de cœlibatu, & votis. Ratio eorum PRIMA est, quia præceptum de obediendo parentibus, in omni ætate obligat, & sicut non licet vlli vouere, quod non obediens parentibus, ita non licet vouere aliquid eis inuitis, SECVNDO, quia vxor non potest ingredi religionem sine consensu viri, nec seruus sine consensu domini, ergo nec filij sine consensu patris. & confirmatur ex Concilio Gangrensi, cap. 16. *Quicumque filij à parentibus prætextu diuini cultus abscedunt, nec debitam reuerentiam dependunt illis, anathema sint.* Contrarium docet B. Thomas in 2. 2. q. 88. art. 8. ad 2. & antea idè probauerat exemplo suo, quippe qui inuitis & repugnantibus matre & fratribus ordinè Prædicatorum professus est.

Non breuiter respondemus, licere filiis inuitis parentibus ad religionem transire, duabus seruatis conditionibus. VNA quòd ad annos pubertatis peruenerint. Porro pubertatis in vitis est anno XIV. vt habemus cap. 1. de regularibus in Sexto; in fœminis anno XII. vt habemus can. puella, 20.

quæst. 2. ALTERA conditio est, vt parentes non sine  
necessitate, vt sine filiorum auxilio viuere non possint. *Iam*  
enim tenentur ex præcepto Dei, parentibus adesse.

Probatur iam hæc sententia, PRIMO Scripturis, et in  
hoc Scripturæ disertè non docent, tamen eis valde con-  
me est. Genes. 12. *Egredere de domo tua, & de cognata  
tua, & de domo patris tui.* Deuter. 33. *Qui dixit patri su-  
matri suæ; Nescio vos; & fratribus suis; Ignoro illos. Et  
dixerunt eloquium tuum, & pactum tuum seruauerunt.*  
Moses in laudibus Leuitarum ponit, quod parentes, et  
tres deseruerint, vt Deo liberius vacarent. Vnde glossa  
linearis exponit, qui dixerunt, nescio vos, patri & matri  
sum mentis impediens. Item Psalm. 44. *Obliscerit  
pulum tuum, & domum patris tui, & concupiscet rex decorem  
tuum.* Item Matth. 10. *Qui amat patrem, vel matrem  
quam me, non est me dignus.* Et Luc. 9. non permisit De-  
nus eum, quem vocabat, vt iret domum ad salutandum  
ad sepeliendum parentem.

SECUNDO sacris canonibus; nam in Concilio Tolosa-  
X. cap. vlt. *Parentibus, inquit, filios religioni tradere ni-  
plius, quàm &sq; ad quartum decimum eorum ætatis annu-  
licentia poterit esse: postea verò, an cum voluntate parentum  
an sua deuotionis sit solitarium votum, erit filiis licitum  
gionis assumere cultum.* Item 20. q. 2. can. Puella, qui  
ptus est ex Concilio Triburiensi, can. 24. *Puella, inquit,  
ante duodecimum ætatis annum sponte sua velamen  
erum assumpserit, possunt statim parentes vel tutores: id  
irritum facere si voluerint. Si verò in fortiori ætate ad  
tula, vel adolescens seruire Deo elegerit, non est potestas pa-  
rentibus prohibenda.* Item cap. Cùm virum, de regulatio-  
Clemens III. loquens de puella nubili: *Tunc, inquit, quæ-  
berum habet arbitrium in electione propositi, parentum  
qui non cogitur voluntatem.*

TERTIO, testimoniis Patrum. CHRYSOSTOMUS in  
ne libri tertij contra vituperat. vitæ monasticæ: *Sen autem,  
inquit, alloquens parentes, vos contenderitis, filij quidem  
fuerint egregia virtute præditi, etiamsi nolueritis, ad hanc  
peruenient Philosophiam monasticam, sempiternisq; gaudiis  
fruentur. Vos autem infinitos vobis ipsis cruciatibus congeretis.*

Idem hom. 84. in Ioann. *Cum spiritualia, inquit, impediunt parentes, nec agnoscendi quidem sunt.* Similia habet in cap. 6. epist. ad Epheseos in illud: *Filij obedite parentibus in Domino.* vult enim additum esse, *in Domino*, quia non debemus eis parere, cum pietatem impediunt.

THEOPHYLACTVS in cap. 19. Ioan. in illud; *Ecce mater tua: Oportet, inquit, quidem parentibus ad pietate obsistentibus non parere: non obsistentibus autem omni cura seruire.*

AMBROSIVS lib. 3. de virginitate loquens de illis, quæ inuitis parentibus profitebantur, non arguit ipsas, sed eorum parentes, qui vim facere conabantur; quos dicit esse peiores Gentilibus, quæ filias præmiis ad virginitatem inuitabant: *Illic præmiis, inquit, reuocatur à nuptiis: hic ad nuptias coarctabuntur iniuriis? illic Violentia fit, & capiuntur? hic fiet Violentia ne profiteantur? & potest esse patientia Sacerdotum, & non vel morte oblata, si ita necesse est, integritatis sacrificium vendicent?*

HIERONYMVS in epist. de suspecto cõtubernio: *Si quis, inquit, te corripit, quod sis Christiana, quod sis Virgo, non cures quod matrem deserueris, & in monasterio inter Virgines viueres: talis detractio laus tua est. Item crudelitas ista pietas est, illum enim præfers matri, quem præferre iuberis & anima tua.* Idem ad Heliodorum, quæ prima est omnium: *Licet, inquit, paruulus ex collo pendeat nepos, licet sparso crine, & scissis Vestibus &bera, quibus te nutrierat mater ostendat, licet in limine pater iaceat, percalcato perge patre, siccisq; oculis ad Vexillum crucis enola; solum pietatis genus est, in hac re esse crudelem.* Idem in vita Malchi testatur, eum, cum à parentibus ad nuptias minis & blanditiis cogereetur, eis inuitis, ad monasterium se contulisse.

AVGVSTINVS in epist. 38 ad Letum, qui à matre impediabatur, ne vitam perfectã sequeretur: *Sed quid, inquit, dicit, aut quid allegat? forte decem illos menses, quibus viscera eius onerasti, & dolores parturitionis, ac labores educationis? hoc, hoc interfice Verbo salutari, hoc perde matris, & in vitam aternam inuenias eam. Hoc memento, & oderis in ea, si diligis eam, si tyro Christi es, si turris fundamenta posuisti.*

Gregorius TYRONICVS in vita Leoba. & Pappulæ, laudat eos; quod tam ille, quam illa, inuitis parentibus monasterium ingressi sunt.

nasticam professionem susceperint. GREGORIUS in  
37. in Euangelia, in illud: Qui non odit patrem, &c. *Qui*  
inquit, *aduersarios in Vita Dei patimur, odiendo & ser-  
uando nesciamus.*

Denique B. BERNARDVS epist. III. quam scribit non  
Helix Monachi ad parentes eius: *Sola, inquit, causa, quare  
licet obedire parentibus, Deus est. Ipse enim dicit, qui  
patrem, aut matrem plusquam me, non est me dignus. Si  
me, & boni, & pijs parentes diligitis, quid me Patri  
Deo placere satagentem inquietatis, & ab eius seruitute  
seruire regnare est, retrahere tentatis? Verum nunc cogitatis  
quia inimici hominis domestici eius: in hoc vobis obedire  
debeo, in hoc non agnosco vos parentes, sed hostes, Si diligitis  
me, gauderetis utiq, quia vado ad meum atque vestrum  
immo vniuersorum Patrem: alioqui quid mihi & vobis  
a vobis habeo, nisi peccatum & miseriam, &c.*

QUARTO, probatur ratione B. Ambrosij libro de vir-  
ginitate: *Cui licet, inquit, maritum eligere, cur non licet Deo  
preferre? At licet filiis, parentibus inuitis, Matrimonium  
contrahere, cur non etiam liceat iisdem inuitis contra-  
tiam profiteri? Præterea licet viro, vxore inuita, ad religio-  
nem transire, quando Matrimonium de præfenti quidem  
contractum erat, sed nondum consummatum, vt habetur  
cap. Verum, & cap. Ex publico, de conuersione coniugato-  
rum, ergo multò magis licebit inuito patre. Præterea qui  
libet ingenuus post annos pubertatis est iuris sui, quantum  
ad ea, quæ ad personam & statum suum pertinent. In hoc  
nim differunt serui à liberis. Denique, magis obediendum  
est Deo, quàm hominibus, Actor. 5. Deus autem cõsultat per-  
fectam vitam, Matth. 19. omnibus in genere, & in particulis  
interna inspiratione vocat quosdam; ergo si parentes resis-  
tant, audiendi non sunt.*

Neq; argumenta in contrarium vim vllam habent. PA-  
MVM est, Deus iubet obedire parentibus, & eos honorare  
Ephes. 6.

RESPONDEO, parentibus duo à filiis deberi, obedi-  
tiam & honorem, id est, temporalia subsidia. Quantum ad  
primum, dicitur Chrysoctomi, Theophylacti, Hieronymi, &  
aliorum expositione in eum locum, ideo Apostolum adhi-

disse, *in Domino*, ut intelligamus, non esse eis obediendum, nisi in iis, quæ non impediunt pietatem. Quantum ad alterum, dico, præceptum illud, ut alia omnia affirmatiua, non obligare, nisi in casu necessitatis, cum videlicet pater sine filij opera vivere non potest. Si enim vel diues sit, vel habeat alios, a quibus alatur, filius non tenetur ei adesse, ut expressè docet Luc. 9. Dominus cum ait: *Sine mortuos sepelire mortuos suos*; Nam ut Theophylactus exponit, qui dixerat: *Sine, ut vadam, & sepeliam patrem meum*, non dicere voluit; Pater meus mortuus est, debeo eum sepelire; sed, sine ut maneam cum patre meo, usque ad mortem eius: cum autem abierit, & eum sepeliero, tunc sequar te.

SECUNDUM argumentum erat: Vxor non potest ingredi religionem sine consensu viri, nec seruus sine consensu domini; igitur nec filius sine consensu patris.

RESPONDEO, vir non habet corporis sui potestatem, sed vxor, ut dicitur 1. Cor. 7. & ideo non potest vir de persona sua disponere sine consensu vxoris. Filij autem, quo ad personam sui, liberi sunt post annos pubertatis. Vnde B. Augustinus, qui epist. 36. ad Letum docuit posse filios inuitis parentibus sequi perfectionem; idem in epist. 199. ad Ediciam, docet, vxorem id facere non posse sine consensu viri. Pari ratione seruus non habet personæ suæ potestatem, sed dominus eius, ideo de ea disponere non potest. Addit B. Thom. 2. 2. q. 189. artic. 6. quod cum subiectio seruilis sit pœna peccati, non autem subiectio filialis, non mirum videri debet, si seruis adimitur aliquid, quod antea eis competebat, & id nõ adimitur filiis.

Argumentum TERTIUM ex Concilio Gangrensi, cap. 16. RESPONDEO, fuisse eo tempore quosdam, qui malè intelligentes verba Domini, Luc. 14. *Si quis venit ad me, & non odit patrem, & matrem, & vxorem, & filios, &c.* prætextu Euangelij relinquebant non solum parentes, sed etiam vxorem, & liberos, nec eorum vllam curam gerebant, etiam si maximè indigerent. hos ergo Synodus anathemati subiicit. Vnde cap. 14. anathema dicit coniugibus deserentibus coniuges. Et cap. 15. parentibus deserentibus filios. & cap. 16. filiis negligentibus parentes.

Ex quo apparet, nihil facere hoc decretum contra religiosos, qui parentibus adsunt, si eorum præsentia necesse indigeant: si autem non indigeant necessario, absunt quidem corpore ab eis, tamē eos iuuant quomodo religiosos deum nimirum precibus apud Deum. nam etiam filij secularis eodem modo iuuant parentes, sed alij consilio, alij artibus, alij opibus, prout conuenit statui vniuscuiusque.

Addit **Q**UARTVM argumentum Petrus Martyr ex libro q. 15. fusè explicata, vbi filios dicit non esse recipiendos monasticam disciplinam, nisi à parentibus offerantur. **R**ESPONDEO, loquitur S. Basilius de filiis, qui ob minorē tatem adhuc subsunt in omnibus patriæ potestati, id est textus ipse Basilij loquitur apertissimè: *Eos, inquit, qui parentibus sunt dum ab illis ipsi adducuntur, coram magistris testibus suscipiemus.*

## CAPVT XXXVII.

*Licere coniugatis ex consensu vouere continentiam.*

**T**ERTIO, an liceat coniugatis ex consensu tuo suscipere vota perpetuæ continentię. Negat hoc disertis verbis Petrus Martyr in commentario ad Corinth. 7. & probat ex verbis Pauli: *Nolite fratre dare inuicem, nisi fortè ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi, & iterum reuertimini in idipsum.* Vbi Paulus sollicitudinem ad tempus concedit vacationem ab vsu coniugali. Idem docent Magdeburgenses Cent. 4. cap. 10. colum. 1304. vbi accusant Malchum Monachum, tanquam Matrimonij cōceptorem, quia ex cōsensu perpetuo abstinuit ab vxore, quam duxerat in captiuitate sua. Vbi obiter notanda est impietas, vel nequitia ipsorum; nam, vt Hieronymus scribit in vita Malchi, cogebatur Malchus à Barbaris ducere in vxorem mulierem quandam, quæ virum habebat; cum igitur non posset sine peccato adulterij illam accipere, simulauit pietatis, vt mortem euaderet, & illam pro sorore habuit. Romanen Magdeburgenses illum reprehendunt, quòd illi mulieri misceri noluerit.